

Theologia Scholastica Secundum Viam Et Doctrinam D. Thomæ Aquinatis, Doctoris Angelici

In Celebri Archiepiscopali Benedictina Universitate Salisburgensi, methodo
& norma ibidem usitata publicè tradita, & in IV. Tomos digesta ; Qvorvm
Primvs Tractat De Deo Vno Et Trino, Deq[ue] Creatura Angelica ...

Mezger, Paul

Augustæ Vindelicorum, 1695

§. I Quid agendum Ministro sacramenti.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-74152](#)

8. Inferes quartò. Etiam Judicem in iudicio licet sequi opinionem alienam, quæ sibi æquior appareat; sic enim intentioni Reipubl. suoque officio magis satisfacit, quam si propriam sententiam sequeretur. Nam intentio Reipubl. ac ligantum, officii quoque obligatio non exigit, ut iudex proprii capituli placitum pertinaciter sequatur, sed ut illud agat, & pronuntiet, quod legibus & æquitati conformius judicaverit: cum igitur aliena sententia appareat æquitati conformior, iudex rectissime faciet se esse illi conformando in praxi, immo eandem sequi tenebitur, si suam videat esse minùs probabilem. Ita cum communis Ildefonsi Cæsarang. n. 978.

ARTICULUS X.

Quid sentiendum de Ministro Sacramenti, Medico, Judice, Advocato?

S U M M A R I A.

1. Premittitur status questionis.
2. Minister Sacramenti tenetur sequi tutiorem.
3. Casu necessitatibus excepto.
4. Praxis Ecclesia facit sententiam simpliciter tutam.
5. Non tenetur sequi probabiliorem in controversia jurisdictionis.
6. Medicus per se obligatur adhibere remedia certiora.
7. In casu desperatae salutis licet adhibere medium dubium.
8. Exponitur controversia de Judice.
9. Licit Judici amplecti sententiam minùs probabilem faventem jurisdictionis;
10. Item reo faventem in causa criminali.
11. Non licet sequi minùs probabilem probabilitate circa factum.
12. Teneret etiam sequi probabiliorem probabilitate Juris.
13. Ratio fundamentalis.
14. Absurda, quæ ex opposito sequerentur.
15. Quid Judicis faciendum in iurium aequalitate?
16. Aliud de Advocato dicendum.
17. Paritates à Mercurio è nostris Corollariis formare.
18. Depelluntur.

§. I.

Quid agendum Ministro Sacramenti?

Dictum est art. 5. §. 1. tuitiorem sententiam [que sola tunc practicè est probabilis] esse sequendam, cum opiniones contrariae versantur circa valorem rei, & questionem facti, dependens non ab existimatione morali operantis, sed à physica positione causæ, ut contingit in Sacramentis, quorum valor in institutione Christi fundatus tunc obtinetur, cum adsunt, & à parte rei ponuntur essentiaリア requisita à Christo determinata, non à Ministro tantum existimata. Quam doctrinam ut compendiò per modum Corollarii applicemus ad particulares conscientias, ponimus Ministrum Sacramenti, Medicum, Judicem, Advocatum, & de primo querimus, an vel quando sit obligatus sequi sententiam tuitiorem? ubi Nota, quod probabilitas speculativa possit esse vel circa substantiam, vel circa ritum, & ceremonias accidentales, vel circa dispositionem sufficiens, vel administrantis Sacramentum, vel circa jurisdictionem Ministri?

2. Dico & infero primò. Extra easum necessitatis circa substantiam & ritum Sacramentorum

Minister Sacramenti sequi debet opinionem tuitiorem, vel in Ecclesia praxi receptam, esto opposita speculativè sit probabilior. Ita comm. DD. Et ratio ex dictis loc. cit. est, quod illud tantum licet operamur, quod est practicè probable; sed in administratione, & confessione Sacramentorum illi sola sententia est practicè probabilis, quæ vel est tuitior [hoc est de validitate Sacramenti certior] vel Ecclesia praxi recepta, tunc enim efficiunt simpliciter tutam; ergo in administratione, vel confessione Sacramentorum oportet sequi tuitiorem, vel praxi Ecclesia receptam. Minor probatur. Sententia minùs tutam, & opposita Ecclesia contrariatur certo præcepto, primò Religionis, quo jubemur in re tam gravi operari secundum institutionem Christi, ac proinde caverre periculum frustrandi institutionem Christi, quod fieret, apponendo formam, vel materiam, quæ in re ipsa non esset conformis institutioni Christi; secundò Charitatis, quo jubemur vitare damnum non minùs spirituale, quam temporale proximi, cui tamen is ex dubio valore Sacramentum exponitur; Tertiò Tridentini, quod sess. 7. can. 13. decet, receptos & approbatos Ecclesie Catholicæ ritus in Sacramentorum administratione non posse contemni, ant sine peccato q̄ Ministris prohibiti omitti &c. Atqui sententia certæ legis obligationi contraria non potest esse practicè probabilis: ergo.

Dixi primò: extra easum necessitatis; quia in extrema necessitate [prout Ecclesia praxis comprobatur] favor & reverentia Sacramenti cedit favori periclitantis animæ: finis quippe est principalior, quam media: sed Sacraenta sunt instituta pro salute animæ; ideoque salus animæ principalius debet respici, quam valor Sacramenti; præterim cum reverentia Sacramenti appositione conditionis, v. g. si es debitis dispositus, te absolvō, sufficienter consulatur.

Dixi secundò: vel in Ecclesia praxi receptam; quia Ecclesia praxis, ut dictum, facit sententiam absolute tutam, & moraliter certam, quamvis illa absolute spectata minùs accedat ad securitatem Sacramenti. Ita actualis intentionis ministri, & contritio pœnitentis haud dubiè magis accedunt ad certitudinem, illa conficiendi, ista recipiendi Sacramentum. Et tamen, quia praxis Ecclesia approbat etiam intentionem virtualem, & sententia Ecclesia in Tridentino approbat atritionem cognitam ut talem, sess. 14. c. 4. quamvis sine Sacramentum Parientia per se ad iustificationem producere

ducere peccatorem nequeat ; tamen eum ad DEI gratiam in Sacramento Pénitentia imperrandam disponit, idcirco illá licet utitur Minister Sacra- menti, hāc penitens.

5. Verū etiā tenetur Minister sequi senten- tiā probabilem, quando de jurisdictione controvertitur ? Probabiliter negat Jo. à. S. Tho- dict. I. n. 51. Lessius , Sanch. alioque plurimi apud Dicastillo disp. 10. dub. 8. nam cū quis habet titulum coloratum & probabilitatem sua Jurisdictionis , tunc etiā à parte rei non ha- buisset jurisdictionem , tamen pro illo casu sup- pletur ab Ecclesia , sicut suppletur , quā simili modo fiunt à judge in foro externo. ex I. Barba- rins. ff. de offic. Pratoris , ac proinde valor Sacra- menti non ita pericitatur , sicuti si tantum proba- bili formā , vel materia Minister utatur.

§. II.

Quid liceat Medico , vel chirurgo ?

6. Dico & infero secundō. Medicum vel chi- rurgum per se loquendo esse obligatum in conscientia , ad applicanda media certa relictis incer- tis , & probabiliora relictis minus probabili- bus.

Ratio est prīmō : quia certa lex charitatis ob- ligat , ut vitemus , quantū possumus , proximi grave damnum ex nostris actionibus probabiliter eventurum : sed cum medicina incerta & minus probabili jungitur periculum gravis damni probabili securitati.

Secundō. quia Medicus adhibens incertiora medicamenta non satisfacit suo muneri : nam ut Arist. 1. top. c. 2. nec Rhetor omni ex modo per- suadebit , neque Medicus sanabit ; sed si ex iis , qua contingent , nihil omiserit , sufficientē disciplinā eum habere dicemus. Et Boët. de Trinit. Neque enim Medicus semper agri afferat sanitatem , sed nulla culpa erit medentis , si nihil eorum , qua fieri oportebat , omisserit.

Tertiō. Quia facit contra tacitum contractum , qui inter agrotantem & ipsum intercedit. nam ager ea se conditione præsumit permittere Medicu , ut sibi meliori & securiori modo de sa- lute proficiat : nam si agrotantibus compertum fore , Medicum adhibere medicinas incertas , fal- laces , certioribus prætermisssis , omnes ejusmodi Medicum deferenter , imò nec prudenter suam sanitatem eidem credere possent.

7. Dixi per se loquendo. Nam in casu , quo salus agroti est desperata , siquā certō moriturus præ- sumitur , nisi medium de quo dubium est , sitne potius obfuturum , quam profuturum , applicetur , licebit illi applicare , quia dubia & probabili spes salutis est præferenda certa morti : atqui non applicato medicamento supponitur mors certa moraliter , illo verò applicato est spes probabili salutis : ergo. Neque refert , si agrotus exinde decedat : id enim est præter intentionem medici , & agrotus aliunde erat moriturus. Vide Sanch. in Summ. & P. Rosmer de Conscientia.

§. III.

Quid liceat Judici & Advocato ?

8. Non levius etiam est quæstio , quomodo judec- inter probabiles opiniones constitutus con-

scientiam formare debeat ? ubi distinguendum est primo inter opinionem probabilem de jurisdictione , & inter opinionem probabilem de placa- litigantium , de qua ferenda est sententia ; secun- dō inter causam criminalem & civilē ; tertio inter opiniones circa factū , ut an delictum sufficienter probatum ? & opiniones circa ius , ut an testamentum tempore pessis conditum cum mil- nori numero testium sit validum ? Quarto inter majorē probabilitatem , quā oritur ex vi & ef- ficacia juridicæ probationis , quā unus litiga- tium alteri prævaleat in iudicio : vel quā oritur diversis interpretationibus & sententias autho- rum.

Et quidem communis DD. benigna sententia , in hoc convenit , quod liceat Judici amplecti sententiam minus probabilem faventem jurisdictioni , argumento sup. n. 2. pro Ministro Sacra- menti adducto , & quia tunc non est periculum de- damno proximi , neque aliquod præceptum ju- stitiae vel charitatis statim in oppositum.

Convenit secundō inter authores , judicem 10. criminalibus liceat amplecti minus probabilem , quā reo faverit , tunc enim maxime locum habet illa Juris regula : quod reo potius sit faecundum , quam auctori , per 11. Reg. J. in 6. & quia in cri- minalibus ad condemnandum reum requiriunt probationes luce meridiana clariores , quæ non sunt , quamdiu defensio rei adhuc manet proba- bilis.

Convenit tertio ferè inter omnes in civilibus , 11. cū probabilitas est circa factū , & ex vi ipsarum probationum juridicarum , puta testium , instru- mentorum &c. Judicem non posse pro libitu faire sententiam secundum opinionem minus probabilem , ita exigente officio judicis , ut procedat secundum merita causa ; sed utique is , qui efficaciter probavit , habet majora merita sua causa . Oppo- sita sententia tanquam æquitali naturali , & bono communi contraria , ac penè nulloixa funda- mento merito improbabilius judicatur a P. Erhardt de opin. prob. n. 57.

Cū verò probabilitas versatur circa ius , ex vi 12. quā oritur ex interpretatione legum & opinio- nibus Doctorum , nos desunt graves Authores , qui existimant , judici esse concessam libertatem in causis civilibus ex opinione minus probabili proferendi sententiam definitivam juris. Ita Medina p. 2. q. 19. a. 6. Jo. Sanch. d. 44. n. 40. Diana p. 2. tit. 13. Longè tamen probabiliter sententia opposita , cum quā Dico & infero ter- tiō : Judicem tam in controversiis juris quam fe- cti teneri relictā minus probabili secundum probabiliorem opinionem [si sit notabiliter probabili , nam aliás pro æquali habebit] judicem. Ita præter rigidæ sententiæ Authores Sotol. , de Just. q. 6. a. 5. ad 4. Bannez , Valentia , Layman , Thomas Sanchez , alioque quos citat & sequuntur Ildefons. Bapt. Cesarang. d. 208. dub. 16. n. 971. Oppositam Terillus q. 24. Espanza p. 2. 4. 124. Erhardt loc. cit. jure merito censem im- probabilem.

Facit pro hac sententia in primis authoris D. Ambrosii Serm. 20. in ps 119. Bonus judec erit ex arbitrio suo facit , & domestica propria voluntatis.